

DIE XI. JUNII.

S. BARNABÆ APOSTOLI.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

QUÆSUMUS omnípotens Deus : ut beátus Bárnabas Apóstolus tuum pro nobis implóret auxílium & ut a nostris reáribus absolúti, a cunctis étiam periculis eruámur : Per.

DIE XII. JUNII.

B. STEPHANI BANDELLI CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui, ad errántes fidéles in viam salútis revocándos, beátum Stéphanum, Confessórem tuum, evangélicæ prædicatiónis exímium minístrum effecísti : ejus méritis et intercessióne concéde ut a peccátis ómnibus expedíti & sémitam mandatórum tuórum semper currámus : Per.

In j. Vesperis Memoria Ss. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Martyrum.

Oratio.

SANCTORUM Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris atque Nazárii, quæsumus Dómine, natalítia nobis votiva respléndeant : et quod illis cóntulit excelléntia semipitérna & fructibus nostræ devotiónis accréscat : Per.

DIE XIII. JUNII.

S. ANTONII DE PADUA CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Deus beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votiva lætíficit : ut spirituálibus semper muniátur auxíliis & et gáudiis pérfrui mereátur ætérrnis : Per.

DIE XIV. JUNII.

S. BASILII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui pópulo tuo ætérrnæ salútis beátum Basilíum minístrum tribuísti : præsta, quæsumus, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris & intercessórem habére mereámur in cælis : Per.